



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

151 Bulla Coenae Domini, quae annis singulis solemniter publicatur,
interrumpit, & impedit praescriptionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

conclusio procedit, & habet locum, tam in causis criminalibus, super quibus dictum tribunal disciolatus fuit erectum, quam in civilibus, ut cap. qualiter, & quando, eodem titul. de jud. Abb. post alios dict. num. 6. & Azor. loco proxime citato, sub littera B.

150. Dicitur autem § de consuetudine, quod d. laicis contra clericos nullam possit tribuere jurisdictionem, procedant etiam in prescriptione, quamvis tanti temporis cursu fuerit continuata, ut in contrarium initij memoria non existat: quia laicus est incapax juris, & potestatis spiritualis, quam nullo tempore prescribere potest, cum illam civiliter non valeat possidere, cap. causamque, & ibi gloss. final. & Abb. num. 2. de prescript. Joann. Andr. & alij in cap. 2. de prob. in 6. & Azor. eodem cap. 12. sub vers. quod verò.

151. Et § cum Bull. Coen. Domini annis singulis die Jovis majoris hebdomadae, omnes eidem Bullae contravenientes excommunicentur solemniter per Papam, anathemate horrendo, ut per S. Antonin. in 2. par. 3. par. tit. 27. § 77. per ipsam in 153. terrumpuntur, & impediuntur omnes praescriptiones contra ecclesiasticam jurisdictionem, ut inquit Felyn. in c. cum non liceat, nu. 12. vers. quinto considera. & Azor. qui ad contraria respondet sub dict. vers. quod verò, & vers. quae ad muniendam, colum. 7. & pro hac sententia optime faciunt plura allegata per Olasch. in disputat. an princ. christ. fas sit, nu. 11.

152. Excipiuntur § tamen duo casus, in quibus clerici pro criminibus, per executores laicos capi, & carcerari possunt. Primus est, quando cunque, & quacunque de causa clericus fori privilegio non gaudet,

quod tamen est ab Ordinario declarandum, quo casu potest etiam processari, & puniri, ut qui non incedunt in habitu, & tonsura, nec sunt in factis ordinibus constituti, aut beneficiati, concil. Trident. 6. de reform. § 23. Talis enim quis praesumitur, qualis in habitu reperitur, c. si iudex laicus, de sentent. excomm. in 6. Secus tamen, si habent ordines sacros, aut beneficia ecclesiastica: quia tunc ob non delationem habitus privilegium clericale non amittunt, sed ab Ordinariis poenis juris sunt plectendi. Secundus, si in fragranti delicto capitali comprehendantur. Tunc enim à ministris justitiae saecularis, absque tamen injuria, violentaque manus injectione, & clericali ordinis dedecore, capi poterit; non quidem (si gaudet privilegio clericali,) ut per eos causa cognoscatur, sed, ut si captus, cum prima opportuna fieri poterit; ecclesiastico Judici tradatur ut pro ratione delicti ab eodem puniatur, ut per Abb. in c. cum non ab homine, nu. 5. de jud. Navar. c. 27. nu. 83. & Sayr. eodem lib. 3. c. 23. nu. 4.

153. Vigesimo, § in eandem excommunicationis sententiam incidunt occupantes bona, aut terras Ecclesiae Romanae, vel supremam jurisdictionem, quae ad ecclesiam Romanam in illis spectat. Terrae verò, loca, & civitates, quae sub dicto capite comprehenduntur, subalma Urbis, regnum Siciliae, insula Sardiniae, insula Corsica, terrae citra Phatum; patrimonium Beati Petri in Thuseta, Ducatus Spoletanus, Comitatus Venusinus, Comitatus Sabinensis, Marchia Anconitana, Massa Trebaria, Romandiola, Campania, maritimae Provinciae, illarumque terrarum, & loca; terrae specialis commissionis Annulphorum: